

1529. id 31. Octobris

Ca. Md. arch. Stan. Aug. Reg.

Petrus Tomichi episcopus Cracoviensis, ex  
Antonio Rinconi Oratori regis Gallie  
Francisci;

Magnifice domine amice honorandissime!  
Reddite sunt mihi literae Magnificentiae vestrae,  
ex quibus praeter alia, quae vitu et cognitione  
fuerant digna, hoc gratissimum fuit, quod et  
Sacram Majestatem Serenissimi regis Hunga-  
riae et Magnificentiam vestram recte valere,  
et prospera uti fortuna intellexi. Ceterum  
et officium Dominationis vestrae erga me, quod  
in perscribendis quae isthuc aguntur mihi de-  
claravit, fuit mihi summo gratum, pro quo  
vicissim ego omnem benevolentiam meam de-  
fero, ut illa utatur arbitrata suo, ubi vero ipse  
sponte mea potuero quid gratum prestare  
Magnificentiae vestrae, facile eequidem et prom-  
ptum officium gratificationemque meam expe-  
rietur, illam tantummodo oro, ut me et iuva-  
niet, et Serenissimo regi Spanni per occasio-  
nem commendet, cunctis etiam suae Majesta-  
tis, et suos qui deinceps erunt, deprecatur mihi  
perscribat, nam praeter haec, quae ex literis Magni-  
ficentiae vestrae et domini Sirmiensis habemus,  
nihil certi ad nos afferri valet, cupio felicem  
et valviam esse Magnificentiam vestram, cuius  
me amoris et benevolentiae fraternae commen-  
do. Datum Cracoviae, ultima Octobris Anno  
domini MDXXIX.

